

Carolo Morgensternio, Equiti
Viro doctissimo ac clarissimo
S. P. D.
Thomas Young.

Tuas ad me datas humanissimas, officiique
plenas literas, quas mihi hodie reddidit illustriss:
Bibliothecae C. Palatinae Praefectus, Comes
Dietrichsteinius, grato accepi animi sensu.
Quod de me tam honestè sentias, jucundum sane
mihi est; sed vereor, ne in hoc urbanitatis stimulo
magis quam iudicio adscribendum acceperis.
Pro tuo in valetudinem meam studio gratias
tibi ago quam possum maximas. Aegritudinem
quidem expuli, sed vires adhuc desidero. Librum
tuum, quem mihi unâ cum epistola ad Caesarem
Aug. misisti, illi tradere non praetermittam,